

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:


Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

SECUNDVS

itaq; quibusdam ex familiaribus ut cum me sepelierint: ad te perferant quæ scripsi. Tu autem siquidem ea pbaueris cum sapientibus reliquis ita legēda demū trades: sin autem improbaueris nolito edere: mihi certe nec dum satis placebāt. Est ibi quidem non certa rerum fides: neq; enim id recipi neq; quid sit ueq; me scire professus sum: forte quædam de theologia referaui: cætera itelligere oportet: omnia quippe significo potius: q̄ aperio. Morbo at diebus singuis inualeſcēte: neq; medicorum quempiam: neq; amicorum penitus admitto. Cæterum assistentibus pro foribus & interrogantibus quo in statu sim: digito per hostii claustra dimisso: q̄ sim langore fatigatus ostendi: admonuiq; ut postridie conueniant ad solennes pherecydis inferias. Vale. Atq; hi sunt quidem appellati sapientes: quibus plariq; pistratum etiam tyrannum aggregant. Veniendum uero iam ad philosophos ac primo incohādum ab Ionica philosophia: cuius principem Thaletem fuisse memorauius Anaximandri præceptorem.

LAERTII DIOGENIS LIBER SECUNDVS.



ANaximandro milesio praxiades pater fuit: huius est illud principium & elementum immensum hoc & infinitum esse: non tamen diffiniens aera & aquam: aut aliud quippiam: & partes quidem eius immutari: totum uero immutabile durare: medio loco terram centri instar constitutam globosamq; esse & rotundam: lunam falso lucere lumine: splendoremq; a sole mutuari: Solemq; terræ æquare magnitudinem & esse purissimum ignē. primus autem ὕνωμονα iuenit ipsumq;

lacedæmone in loco captandæ umbræ idoneo statuit: quo scilicet ut ait Faourenus in omnimoda historia cōuersiones solis & æquinoctia notaret: horoscopia quoq; fabricatus est: ac primus terræ marisq; circuitus descripsit. & spheram insuper construxit. Quænam uera sibi uisa sint sumat prout memoriæ occurrit exposuit Apollodorus Atheniensis: q̄ illum & i chronicis ait secūdo anno quinquagesimæ octauæ olympiadis añū egisse ætatis. lxiij. ac paulo post obiisse diem: floruisse at maxime sub polycrate Samioꝝ Tyranno: aiunt eum canentem a pueris irrisum: eoq; comperto dixisse canēdum ergo puerorū cā modulatus. fuit & alius Anaximander historicus & ipse milesius Ionicus scriptor.

Anaximenes.

ANaximenes Eurystrati filius Milesius Anaximandri auditor fuit. Quidam & parmenidem audisse asserunt: hic initium dixit aera & infinitum: moueri sydera non supra terrā: sed circa terram: usus est at Ionica locutione simplici & minime fucata: sexagesima & tertia olympiade natū esse: atq; eo anno quo Sardis capta sit obiisse diem Apollodorus tradit. Fuerunt &